



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Emmeranus M. & P. 22. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

592 VITÆ SANCTORUM. 22. Sept.  
parat sius predie vespillo, postridie pro-  
ditor. Cohoruere satellites, & Iovem  
hospitalem reveriti, manus hospitis sui  
sanguine lavare reformidarunt. Sed ille  
nullam aliam symbolam quam cædem  
suam oravit. Accepit ergo hanc, & tumu-  
lo suo est conditus. Noverat jam, noverat  
resurgere flores terrâ obrutos. Ex Surio.

Stude cognoscere te ; quia multò melior  
& laudabilior es, si te cognostis, quam si  
te neglecto, cognosceres cursum siderum,  
vires herbarum, complexiones hominum,  
natnras animalium, & haberes omnian  
cælestium & terrestrium sapientiam.  
S. Bern. l. Med. c. 5.

S. EMMERANUS M. & P.  
22. Septembri.

O Rtum hoc sidus in Aquitaniâ est:  
luxit diu Bojariæ, sed numquam clari-  
riùs, quam cum occidit. Res in hunc mo-  
dum gesta. Uta Theodonis IV. Bojorum  
Ducis filia, dum stupri consuetudinem  
cum Sigebaldo juvene cætera nobili ha-  
bet, ecce uterus intumescens scelus pro-  
dit ; ipsa EMMERANO, dum patrem  
eum dicit, mortem parit. Landbertus  
enim Utæ germanus scalarum radiis illi-  
gato manuum pedumque digitos, aures  
item naresque & quæ natura velavit, ar-  
ticulatim omnia præsecat, eruit oculos,  
linguam denique stirpitus avellit. Sed  
etiam

22. Sept. VITÆ SANCTORUM. 593  
etiam sine hac cùm loqueretur E M M E-  
RAN U S , quid aliud loquebatur , quàm  
innocentem se mori ? Quid ? terra & illa  
quæ sanguinis imbris biberat , illa quæ  
tumulum prima dederat , nunquam non  
virenti cespite lœta ; aër , qui ipsos XL.  
dies nefas flevit , quod homo fecerat ; undæ  
Danubii & ipsæ cæli lacrymis exundan-  
tes , lampadum ignes , qui in eâ pompâ ,  
quâ Ratisponam sacra lipsana advectâ  
sunt , inter omnes ventos pluviasque per-  
tinaciter emicabant ; mira denique alia  
innumerâ , an non totidem integratatis  
testes sunt ab omni naturâ subinissi ? Nec  
pro Emmerano solum , etiam contra Em-  
merani hostes Numen pronunciavit . Cor-  
tepti insaniâ carnifices . Ut a Landbertus-  
que exules , illa inter Italos , hic inter Hun-  
nos Perierunt , vindictâ in sero . etiam  
posteros grassante , quorum omnium vel  
cita vel longa mors , hoc est misera vita  
fuit , ut ita non minus diu , quâm sapè  
moriens innocentî tyrannus parentaret .  
*Ex tom. I. Bavar. 8. & tom. I. Annal.*  
*Boic.*

Tu , ô Christiane , queris vindicari de  
adversario tuo , qui tibi forsan injuriam  
fecit ? attende Christum medicum ægritudi-  
nis tua : propter te peperdit in iegno , &  
nondum est vindicatus ; & tu vis vindica-  
ri , & non vis tantum & talem Magistrum  
imitari . S. Aug. serm. 2. de SS.

Pp

S. PRO-